

interesse possint, contraria jam faceret consuetudo. Decretum videsis inter decreta sac. Rit. congregationis n. 1201, in fine huj. tomi.

(5. Officium defunctorum et missa potest cantari in die Dominico vel festivo pro defunctis, quorum corpora sunt adhuc supra terram; secus, si jam sunt sepulta. Sac. Rit. congregat. in *Egitanien*. 23 Maii 1603, in respons. ad dub. 4, et saepe alibi.

(6. Non potest autem officium et missa cantari, etiam praesente cadavere, in solemnitatibus primae classis, nempe Nativitatis D. N. J. C., Epiphaniae, triduo ante, et bido post Pascha, Ascensionis, Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, Corporis Christi, etc. Et in die S. Paschae prohibentur etiam exsequiae, et quodecunque signum defunctionis, ex decreto sac. congregationis Rituum 23 Augusti 1704 et 1714.

(7. Anniversaria, et missae de Requiem relicta ex dispositione testatorum (non autem ad placitum vivorum) cantari possunt, etiamsi occurrant in duplici majori. Sac. Rit. congregat. 22 Novembr. 1664. (8. Officium et missa defunctorum cantari potest, cum primum habita fuerit certa notitia de obitu alicujus religiosi ordinis, vel provinciae, etiam in duplici majori; secus vero in festo de praepcepto, quia tunc differri debet ad aliam diem simili festo non impeditam. Sac. Rit. congregat. 4 Maii 1686. *Vide* rubr. particul. *Breviarii Franciscani*, n. 47.

(9. Officium anniversarium, vel septenarium, seu tricenarium defunctorum post obitum, si cadat in die Dominico, vel festivo, transfertur ad diem sequentem cum eadem solemnitate. Sacra Rituum congreg. in *Egitanien*. 23 Maii 1603, in respons. ad dub. 5.

(10. Officium defunctorum, ad consequendas indulgentias in constitutione S. Pii V concessas, debet recitari prima die cujuslibet mensis non impedita festo novem lectionum. Sac. Rituum congregatio in *Egitanien*. 6 Septembris 1606.

(11. Ad officium defunctorum non tenentur, etiam in choro, illi, qui utuntur Breviario Romano; talem enim obligationem ab eis abstulit S. Pius V et eis concessit indulgent. 100 dierum, si illud recitent; sic in sua constitutione incip. *Quod a Nobis*, cujus summarium habes *supra*, verb. OFFICIUM DIVINUM, art. 1, n. 10. (12. Tenentur autem ad ipsum officium defunctorum die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, quia pro tali die est pars officii, adeoque cadit sub praepcepto etiam privatim. *Communis*

(13. Non utentes Breviario Romano, cum S. Pius V in dicta constitutione ipsos reliquerit propriis consuetudinibus et constitutionibus, tenentur solum officium defunctorum recitare ad praescriptum earum.

(14. Unde in ordine Praedicatorum, dist. 1. *De officio Eccles.*, cap. 1, fol. 14, col. 3, in fine, adest praepceptum recitandi officium defunctorum in choro semel in hebdomada,

quo fit, ut omnes religiosi clerici teneantur illud sub mortali semel in septimana publice in choro recitare, vel privatim, si fuerint impediti choro interesse; sic expresse habet doctissimus P. Donatus ejusdem praestantissimae religionis dignissimus filius, *Prax. rerum regular.*, tom. IV, tract. 18, part. XLV, n. 2. Ad dictum autem defunctorum officium non teneri sub mortali moniales ejusdem praclarissimi ordinis, ad longum, pluribus adductis, probat Felix Potestas, tom. I, part. II, a n. 469 ad 487.

(15. Addenda sunt sequentia decreta tradita, et scite commentata ab eruditissimo Cavalieri in agenda defunctorum.

(16. Officium defunctorum pro secunda die Novembris potest, etiam praesente episcopo, ante completorium diei festi Omnium Sanctorum recitari, Sac. Rit. congreg. 5 Julii 1698, in *Collen*.

(17. Matutinum diei commemorationis omnium fidelium defunctorum non potest recitari in choro in die festivitatis Omnium Sanctorum post completorium, sed servandae sunt rubricae. Sac. Rit. cong. 22 Januar. 1701, in *una Camald. Montis Coronae*.

(18. Vesperae defunctorum pro prima die mensis dicuntur post vespereas, etiam Dominicae vel festi de praepcepto, si accidat. Sac. Rit. congregat. 24 Maii, in *Egitanien*.

(19. Officium defunctorum non potest dici in semiduplicibus et officiis novem lectionum, nisi ad effectum duntaxat satisfaciendi menti testatorum. Sac. Rit. congreg. 12 Julii 1628, in *Januensi*.

(20. Officium defunctorum dici potest in choro separatim ab officio diei in diebus exceptis a Breviario, pro adimplenda testatorum voluntate. Sac. Rit. congreg. 12 Augusti 1682, in *Tridentina*.

(21. Duplicatio antiphonarum praeter diem commemorationis omnium fidelium defunctorum, et diem depositionis defuncti, fiat in diebus 3, 7, 30 et anniversario. Sac. Rit. congreg. 8 Mart. 1738.

(22. Quando ab aliqua congregatione dicitur totum officium defunctorum, non debet illud dici ut secunda die Novembris, omittendo psalmos post vespereas et matutinum positos in officio defunctorum. Sac. Rit. congreg. 1 Julii 1698, in *Collen*.

(23. In officio defunctorum in vespereis et laudibus dicendi semper sunt psalmi appositi *De profundis*, et *Lauda, anima mea, Dominum*, et post vespereas, et laudes omittantur iidem psalmi tantum in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in die depositionis defuncti. Sac. Rit. congreg. 23 Junii 1736, in *Einsilden*.

(24. Psalmi *Lauda, anima mea, Dominum*, et *De profundis* omittantur in precibus post officium in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in die obitus, seu depositionis defuncti duntaxat, caeteris autem diebus semper, et omnino dicantur. Sac. Rit. congreg. 3 Augusti 1737, in *Nolana*.

(25. Hujusmodi decreta in *Nolana* et in *Einsilden*. confirmata fuerunt a sac. Rit.

congreg. die 8 Martii 1738 et in una Eremitarum. ord. Camaldul. teste P. Merati, tom. II, sect. 9, cap. 2, num. 3, in fine, et in indice decretor., num. 339. *Vide* decreta sacrae congregat. in fine huj. tomi.

(26. Commemoratio omnium fidelium defunctorum non est celebranda, nec faciendi in die Dominico, sed transferri debet in feriam secundam sequentem. Sac. Rit. congreg. 24 Septemb. 1603, in *Augustan*.

(27. In commemoratione omnium fidelium defunctorum potest fieri officium de festo duplici minori, sed missae sunt celebrandae de Requiem. Sac. Rit. congregat. 5 Octob. 1686, in *una Urbis*.

(28. Occurrente duplici minori, seu translato in die commemorationis defunctorum, officium faciendum est de sancto, missae vero celebrandae sunt de Requiem. Sacra Rit. congreg. 19 Junii 1700, in *Curien*.

(29. In die commemorationis omnium defunctorum in ecclesiis cathedralibus vel collegiatis, ubi quotannis occurrit dies octava dedicationis ecclesiae, missae privatae dicendae sunt de Requiem, et cantandae sunt duae missae conventuales, una scilicet de die octava post tertiam, et altera de Requiem post nonam juxta rubricas. Quando vero dies octavae incidit in Dominicam, omnes missae celebrandae sunt de die octavae, et commemoratio omnium fidelium defunctorum transferatur in diem sequentem. Sac. Rit. congreg. 17 Septemb. 1696, in *una S. Germani Montis Cassini*.

(30. Jam in omnibus congregationibus ordinis Benedictini post festum Omnium Sanctorum 14 Novembris celebratur sollemniter commemoratio omnium defunctorum confratrum dicti ordinis; quid si illa die 14 Novembris alicubi adsit festum duplex translatum aut occurrens: «eritne ejus-

OMEN.

Vid. verb. SUPERSTITIO, num. 30.

ONIROMANTIA.

Vid. ibid., num. 25.

OPINIO.

Vid. verb. CONSCIENTIA, a num. 68 ad num. 114.

OPINIO PROBABILIS.

SUMMARIUM.

1. De opinione probabili v. *Leges prudentiae episcopalis a Josepho Maria Maraviglia episcopo Novariensi*, etc., ad num. 3. — 4. Circa licitum usum opinionis probabilis adest dissertatio D. Alphonsi

(1. An opinio recentiorum, caeteris paribus, faciat majorem probabilitatem, quam antiquorum opinio; (2. an minus communis opinio, dummodo sit probabilis, possit episcopis legem prudenter, et rationabiliter agendi constituere; (3. et an unius opinio, dummodo sit optima ratione munita, possit communiori praeferrri. *Vide Leges prudentiae episcopalis a Josepho Maria Maraviglia*

modi duplex ulterius transferendum: vel duplex celebrandum, et tamen peragendum cum officio defunctorum, et dicendae omnes missae pro defunctis confratribus praeter unam de festo; vel eritne officium alia die dicendum. Et tunc non amplius in celebrando convenient monasteria nostri ordinis. » Sacra vero Rituum congregatio die 1 Maii 1736 respondit: « Commemoratio omnium defunctorum non est transferenda, sed si die illa occurrat festum duplex minus, seu translatum, fiat officium de festo duplici cum missa solenni post tertiam; officium vero defunctorum recitandum erit post laudes, et omnes missae privatae dicentur pro defunctis in paramentis nigris. »

(31. Quando anniversarium, seu officium solenne pro animabus omnium defunctorum confratrum alicujus congregationis fit in festo ritus duplicis minoris, potest cantari missa de Requiem; secus, si occurrat in festo altioris ritus; sacra Rit. cong. 8 Martii 1738.

(32. In absolute in die commemorationis omnium fidelium defunctorum non est dicenda tota conclusio in oratione. Sac. Rit. congregat. 5 Julii 1698, in *Collen*.

(33. Ubi ex dispositione testatorum singulis diebus canendum est in ecclesia responsorium pro defunctis, potest quotidie decantari, exceptis festis 1 et 2 classis, et octavis privilegiatis, necnon tota hebdomada majori; in praedictis autem festis 1 et 2 classis, et octavis privilegiatis, ac majori hebdomada, ne pia testatorum voluntas defraudetur, responsorium praedictum recitetur privatim in choro, absolutis horis canonicis. Sac. Rit. cong. 8 Julii 1741.

(34. Alia ad rem, *vide* verb. MATUTINUM, num. 14, et in fine hujus tomi decreta sac. Rit. congregationis.

de Ligorio, cui titulus: *De usu moderato opinionis probabilis*, inserta in opere theolog. ejusdem cl. scriptoris. — 5. Adducuntur ad rem tria decreta edita tenoris ut infra ad n. 7. — 8. Reliqua ad n. 14. — 15. Subnect. *Addit. Cassinenses* ad n. 35.

episcopo Novariensi indictas, atque Innocentio XI dicatas, leg. 167, 312, 304.

(4. Circa usum licitum opinionis probabilis illustrissimus ac reverendissimus D. D. Alphonsus de Ligorio, episcopus S. Agathae, peculiarem dissertationem lectu dignissimam *De usu moderato opinionis probabilis*, lib. I suae *Theologiae moralis*, tract. 1, num. 144 et seqq., inseruit. Alia deinde

sub eodem titulo, nec minoris pretii dissertatio simul cum responsione Apologetica « circa usum opinionis æque probabilis » ab eodem auctore vulgata, exstat in fine opusculi Venetiis editi ann. 1754, quod inscribitur: *Confessore diretto per le confessioni della gente di campagna.*

(5. Verum superioribus annis circa usum opinionis probabilis tria edita sunt decreta: primum ab episcopo Tridentino; alterum a sacros. Rom. et universal. Inquisitionis congregatione; utrumque occasione quarundam thesium, quas publicæ, licet in ædibus parochialibus, concertationi quidam theologus exposuerat Avisii in Tridentina diocesi. Tertium denique a capitulo generali Mantuano totius ordinis FF. Minorum sess. xv, habita die 6 Junii 1762. Ut votis aliquorum fieret satis, visum est præfata decreta hic adducere. Sunt autem tenoris ut sequitur:

(6. DECRETUM I.

« Franciscus Felix, Dei gratia episcopus, et S. R. I. princeps Tridenti, marchio Castellarii, sacris Cæsareis regiis majestatis a consiliis secretis, ex comitibus de Albertis de Henno, etc.

« Perillustribus, nobilibus, admodum reverendis et venerabilibus respective parochis et curatis nostræ Tridentinæ diocesis salutem in Domino sempiternam.

« Dolenti equidem animo percepimus, proxime elapso mense Junio, in loco Avisii Tridentinæ hujusce nostræ dioceseos quosdam articulos, quos infra notabimus, manuscriptos ad disceptandum privatim domi fuisse propositos, ac discussos, ubi nullæ sunt scholæ; quod quidem tunc dissimulandum duximus, minime nescii, privatam ejusmodi exercitationem probro, dedecorique cessisse auctori, qui ab oppugnantibus in arcum ita adductus est, ut causa illum palam cecidisse adstantes omnes facile intellexerint. Cum vero novissime harum thesium exemplar extra hanc diocesim typis editum in manus nostras pervenerit, muneris nostri ratio flagitat, ut confestim gliscenti malo obviam eamus, ne populus nostræ curæ concreditus nimia opinandi licentia a recta salutis semita deducatur. Noveritis itaque, a nobis articulos, quos infra subjiciemus, acervatim sumptos omnino rejici, improbarique, prout harum litterarum tenore rejicimus, atque improbamus, prohibentes, ne, sub pœnis canonicis, ac aliis arbitrio nostro, iidem articuli acervatim sumpti in disceptationem, usumque deducantur. Officii porro vestri partes in eo esse debent, ut populum cum ex sacro suggestu, tum in pœnitentiæ tribunali dexterrime eo inducatis, ut ea sequatur dogmata, quibus tum ratio solidior, tum gravior auctoritas suffragatur, quod dum a vobis sancte observandum confidimus, episcopalem vobis benedictionem impertimur.

« Datum Tridenti, ex arce nostræ residentiæ hac die tertia Januarii 1761.

« FRANCISCUS FELIX, episcopus.

« Ad mandatum celsissimi et reverendissimi D. D. proprii presb. Joseph Antonius Bertinalli cancellarius. »

Hic recitantur theses damnatæ, quæ legi poterunt in sequenti decreto:

(7. DECRETUM II.

« S. Rom. et univers. Inquisitionis confirmatum a SS. D. N. Clemente Papa XIII quo prohibentur theses circa probabilismum expositæ publicæ disputationi anno 1760 Avisii in diocesi Tridentina.

Feria V, die 26 Februarii 1761.

« Per suas litteras ad congregationem S. Romanæ, et universalis Inquisitionis, labente superiori anno datas, dolenter nimium conquestus est Antonius Ceschi Tridentinæ Ecclesiæ canonicus decanus, theses quasdam de probabilismo a parochio Avisiensi diocesis Tridentinæ in ædibus canonicis jampridem propugnatas, postmodum, sine nota loci, et auctoris, obscuro prelo fuisse cusas, et vulgatas non sine religionis detrimento, et bonorum offensione, præsertim ecclesiasticorum, quorum pars suo est regimini, et vigilantia concredita. Postulante itaque eodem decano congruum adhiberi remedium ingruenti malo, ne latius serpat, theologice censuræ de more subjectæ fuerunt prædictæ theses unico contentæ folio impresso, cujus tenor ita se habet:

(8. PROBABILISMUS.

« Publicæ disputationi ven. clero Avisiensi exercitii gratia expositus contra « probabilismum stricte talem, utpote « negotium perambulans in tenebris.

« Pro die 10 Junii 1760, in ædibus canonicis Avisii.

« Utinam observaremus mandata Domini « certa. Quid nobis tanta sollicitudo de dubiis? Celeberrimus Pat. Constant. Roncaglia, lib. II, cap. 3.

I.

« Probabilismus noster versatur circa hæc tria:

« Licet sequi probabiliorem pro libertate, « relicta minus probabili pro lege.

« Licet sequi æque probabilem pro libertate, relicta æque probabili pro lege.

« Licet sequi minus probabilem pro libertate, relicta probabili pro lege.

« Ex iis deducuntur sequentia paradoxa.

II.

« Usus Probabilismi maxime tutus. Usus « Probabiliorismi maxime periculosus.

III.

« Usus genuini Probabilismi minime in « laxitatem degenerare potest.

« Usus Probabiliorismi stricte talis in rigorismum excurrere debet.

IV.

« Probabilioristas qua tales, qui ex consilio probabilia sequuntur, laudabilissime operari affirmamus.

V.

« Probabilioristis stricte talibus, qui ex « præcepto, quod nunquam clare probant, « seipsum, et alios ad probabilia impellunt, merito rigoristarum nomen imponimus.

VI.

« Qui nullatenus ad Christianam perfectionem tendere possunt, nisi sequendo « probabilissima.

VII.

« Abusus Probabiliorismi stricte talis non « solum licentiæ frenum, sed licentiæ calcar est; quod Gallorum testimonio comprobamus.

VIII.

« Genuinus itaque noster Probabilismus, « qui nec morum corruptelam inducit, nec « a S. Sede unquam male fuit notatus, originem suam Thomisticum, progressu ætatis « Jesuiticum, utpote a quo arctatus, emendatus, et contra Jansenianos furores propugnatus fuit.

IX.

« Qui ergo habitat in adjutorio fundatissimi Probabilismi, sub protectione plurimorum ex omnibus orbis Christiani nationibus præstantissimorum theologorum « commorabitur securus.

X.

Ex Historia critica.

« Hinc sine ulla laxismi nota Benignissimum « etiam vocamus; sed legitimum, quem suadent utraque lex Cæsarea et Pontificia; « sed Dominicanum, quem illustris Dominicanorum ordo jam a primis temporibus « est amplexus; sed pium qui Christianam « pietatem fovet; sed Thomisticum, quem « S. Thomas in amoribus habuit, qui ducentas, et plures opiniones libertati faventes in suis sententiarum libris docet; sed « Christianum, qui Christo Domino summe « familiaris fuit.

O. A. M. D. et V. G.

« Pro coronide. Probabilismus noster stans « pro libertate, est notabilior ipso Probabiliorismo stante pro lege.

« Cum vero theses hujusmodi, notæque « theologice expensæ fuerint in congregatione generali habita in palatio Apostolico « Quirinali coram sanctissimo domino nostro Clemente Papa XIII. Sanctitas sua, « auditis eminentissimorum dominorum S. « R. E. cardinalium in tota republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalium inquisitorum a S. Sede Apostolica « specialiter deputatorum suffragiis, folium « prædictum, et theses in illo expositas prohibendas, ac damnandas esse censuit, « prout præsentis decreto damnat et prohibet « tanquam continentia propositiones, quarum aliquæ sunt respective falsæ, temerariæ, et piarum aurium offensivæ. Illam vero « excerptam numero 10 nempe *Probabili-*

« smum, qui Christo Domino summe familiaris « fuit, proscribendam ut erroneam, et hæresi proximam. Præfatum itaque folium, « sive theses ut supra exscriptas sic damnatas et prohibitas sanctissimus dominus « noster vetat ne quis cujusque status, et « conditionis ullo modo sub quocunque « prætextu, quovis idiomate imprimere, « ac imprimi facere, vel transcribere, aut « jam impressum, sive impressas apud se « retinere, et legere, sive publice propugnare audeat, sed illud, vel illas ordinaris locorum, vel hæreticæ privatis inquisitionibus tradere, et consignare teneatur, « sub pœnis in indice librorum prohibitorum contentis.

« BENEDICTUS VETERANI, assessor. »

(9. Hinc auctor quidam pseudonymus infert, et demonstrare conatur « omnem omnino usum opinionis probabilis » esse manifeste prohibitum. Sed laudatus episcopus de Ligorio acriter ab auctore illo impetitus, modeste contrarium defendit apologiamque conscripsit, ex qua paragraphum quartum, utpote qui ad omnimodam, reclamationem intelligentiam decretorum allatorum valde conducit, operæ pretium est quo ad præcipua ejus capita hic transcribere.

(10. « Così appunto (loquitur DD. de Ligorio) ritrovo scritto il decreto (nempe S. R. Inquisitionis congr.) presso il Libro del P. Lettore (scilicet adversarii pseudonymi). Quindi egli prende a dirmi così « Che vi « sembra, Monsignore, di un decreto della « S. Congr. approvato, e confermato dal « vicario di Gesù Cristo? » Seguita poi a dire, che nel decreto è condannata espressamente, almeno come « falsa e temeraria » la propos. da me difesa, cioè, « che licet « sequi opin. æque probabilem pro libertate, « relicta æque probabili pro lege. » Dice, che ora non posso io più allegare ignoranza, doppio ch' egli mi ha posto il decreto sotto gli occhi. Dice, che queste tesi, o proposizioni sono state dannate nel modo stesso, come furono dannate le proposizioni contenute ne' decreti di Alessandro VII e d' Innocenzo XI fatti anche dalla S. inquisizione di Roma. Dice finalmente, che sopra delle altre tesi è compresa nelle censure la prima, in cui si contiene intieramente il sistema probabilistico, che nel decreto fu massimamente preso di mira. « Laonde (conclude) « contenendo essa la medesima vostra sentenza, questa pure per necessità dovrà « dirsi condannata; e voi non più potete « difenderla, ma anzi tenuto siete a ritrattarla qual figlio ubbidiente a' decreti della « Chiesa.... » Si Signore, io mi professo, e vanto d' esser figlio ubbidiente alla S. Chiesa Cattolica Romana, e son pronto, non solo a ritrattarmi d' ogni mio sentimento, ma anche a dar la vita per ubbidire ai decreti della Chiesa. E già mi sarei ritrattato della mia sentenza sin dal tempo, che uscì fuori, e mi capitò in mano il mentovato foglio del parroco di Trento insieme col decreto della Sagra Inquisizione, se fosse vero, che con

tal decreto fosse stato condannato ogni uso del probabile. Ma non posso, nè son tenuto a ritrattarmi per quel che scrive il P. Lettore. Si osservi, che il foglio contiene più cose distinte, contiene diverse tesi, e contiene diverse proposizioni, o sieno membri, o parti delle tesi. Or quando si sparse il foglio, e le tesi condannate nel decreto così in confuso, e come si dice *in globo*, due erano le difficoltà, che si facevano sopra d'una tal condanna. La prima era, se fossero condannate singolarmente, non solo tutte le tesi del foglio, ma anche tutte le parti, o sieno proposizioni delle tesi. Ma in quanto a ciò si vide comunemente da' dotti, così probabilisti, come antiprobabilisti, che, quantunque si avesse per vero, che fossero state condannate tutte le tesi, certamente però non erano condannate tutte le proposizioni contenute in esse tesi, ma quelle sole proposizioni, che in se meritavano censura. Ed è chiaro, che affatto differisce (contra quel che suppone l'avversario) la condanna di queste tesi dalle condanne fatte di proposizioni da Alessandro VII e da Innocenzo XI poichè quelle proposizioni furono condannate ciascuna in singolare, e divisamente l'una dall'altra. Ecco il decreto d'Alessandro VII come parla: « Sanctissimus decrevit « *prædictas propositiones, et UNAMQUAMQUE* « *ipsarum, ut minimum tanquam scandalo-* « *sas esse damnandas, sicut eas damnat ac* « *prohibet, ita ut quicumque illas aut CON-* « *JUNCTIM, AUT DIVISIM docuerit, et defende-* « *rit, publice, aut privatim, incidet, etc.* » E dipoi si dice: « Insuper districte prohibet « omnibus, ne prædictas opiniones, aut ALI- « QUAM ipsarum ad praxim deducant, etc. » Lo stesso dicasi nel decreto d'Innocenzo XI. « Sanctissimus D. N. decrevit sequentes « propositiones, et UNAMQUAMQUE ipsarum, « sicut jacent, ut minimum tanquam scan- « dalosas esse damnandas, etc. » Ed indi: « Quicumque... illas, vel illarum aliquam « CONJUNCTIM, AUT DIVISIM defenderit, etc. » Ed in fine: « Insuper prohibet omnibus, ne « prædictas propositiones, aut ALIQUAM ip- « sarum ad praxim deducant, etc. » E così anche sta nella condanna delle 31 proposizioni fatta da Alessandro VIII.

« Ma nel decreto riferito dal P. Lettore dicesi così: « Sanctitas sua (Clemens Papa « XIII), auditis, etc. Folium prædictum, et « theses in illo expositas, præsentis decreto « damnat, et prohibet, tanquam continentia « propositiones, quarum aliqua sunt respec- « tive falsa, temeraria, et piarum aurium « offensiva; illam vero excerptam a num. 10, « etc. » Sicchè non è dannato il foglio, e le tesi in quanto a tutte le loro parti, e proposizioni in quelle contenute, ma è dannato il foglio, e le tesi, *continenti propositiones, delle quali alcune sono, etc.* Non tutte dunque son condannate le proposizioni delle tesi, ma solamente quelle, che sono false, o temerarie ec. E che sia così, non si dice ivi. *Prohibet, ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, et defenderit, etc.*, come sta ne'de-

creti di Alessandro VIII e d'Innocenzo XI ma si dice: *Præfatum itaque folium, sive theses, ut supra exscriptas sic damnatas, et prohibitas SS. dominus N. vetat, ne quis imprimere, retinere, et legere, etc. audeat.* La parola sic dinota, che le tesi non erano intieramente dannate in se, ma *come continentis propositiones, delle quali alcune, etc.* Dunque solo è proibito il difendere quelle tesi *conjunctim*, cioè in quanto a tutte le loro parti, o sieno proposizioni in esse tesi contenute, ma non già *divisim* in quanto a quelle proposizioni delle tesi, che non meritavano censura; altrimenti si sarebbe detto *conjunctim aut divisim*, come si era detto ne' decreti de' Pontefici mentovati di sopra. Ed in fatti così appunto furono queste tesi condannate dal vescovo di Trento nel suo decreto, ove si disse: *Noveritis ita a Nobis articulos, quos infra subjiciemus, ACERVATIM sumptos omnino rejici, prout rejicimus, prohibentes, ne iidem articuli, ACERVATIM sumpti, in disceptationem usumque deducantur.* E certamente dee credersi, che la S. Congregazione abbia fatta la sua condanna uniforme a quella del vescovo di Trento, secondo la di lui richiesta.

« Non è dunque, come pensa il P. Lettore, che ogni minima parte del foglio, e delle tesi sia dannata; ond'egli giunge a metter fra le proposizioni dannate anche quel passo del P. Roncaglia, citato dall'autore del foglio, non già come tesi, o come parte di qualche tesi, ma solo per incidenza, e per introduzione alle sue tesi: *Utinam observaremus mandata Dei certa! Quid nobis tanta sollicitudo de dubiis?* Ma è dannato solamente il foglio, e le tesi, in quanto contengono proposizioni degne di censura. E parlando della prima tesi, non è già dannata la prima proposizione, o sia prima parte di quella, che dice esser lecito seguire la più probabile, lasciata la meno probabile per la legge; altrimenti sarebbe condannata anche la sentenza, che può dirsi essere stata comune tra gli Probabilioristi più antichi, di Gonet, di Silvestro, di Wigandt, di Cuniliati, e d'altri. Diciamo inoltre, che neppure vien condannata la seconda parte, che sia lecito servirsi dell'opinione egualmente probabile per la libertà, secondo la nostra sentenza. Solamente restava in dubbio, se fosse condannata almeno la terza parte, o sia membro di quella prima tesi, dove si dice esser lecito seguire anche la meno probabile, e meno tuta; e perchè la proposizione è generale, sì che comprende anche l'opinione certamente meno probabile, perciò dubitavasi ch'ella fosse stata condannata. E così anche dubitavasi, che fosse condannata l'ultima tesi, che dice: *Probabilismus noster stans pro libertate; est notabiliter probabilior ipso Probabiliorismo stante pro lege.* Questa tesi (dico) anche dubitavasi essere stata condannata, per ragione che, avendo l'autore della tesi dichiarato, che il suo Probabiliorismo concedeva esser

lecito seguire indistintamente la meno probabile, con quest'ultima sua proposizione veniva a difendere, che il sistema, il quale vuole esser lecito seguire qualunque opinione meno probabile, sia notabilmente più probabile del sistema, che vuole doversi seguire la più probabile per la legge.

« Posto ciò, restava dunque comunemente appurato, che sebbene fossero condannate tutte le tesi, non erano però condannate tutte le proposizioni, o sieno parti delle medesime. Restava solamente a sciogliersi il dubbio, se, essendo condannato così *in globo*, ed in confuso il foglio, e le tesi, fossero condannate tutte le tesi in particolare, o solamente alcune di esse; poichè si considerava che nel decreto non dicevasi, *omnes theses*: e le parole *quarum aliqua*, potea dubitarsi, se riferivansi alle tesi, o pure alle proposizioni contenute nelle tesi. Tanto più che alcuna tesi affatto non merita censura; e tanto più che, come si è detto di sopra, il Vescovo di Trento avea detto nel suo decreto: *Articulos, quos infra subjiciemus, improbamus, prohibentes ne iidem articuli acervatim sumpti in disceptationem usumque deducantur.* Ma sia come si voglia, questo dubbio è stato già dichiarato appresso dalla stessa sagra Inquisizione di Roma, poichè, essendo stata inserita la condanna del detto foglio nell'indice de' libri proibiti per ordine della stessa S. congregazione, non si è detto (come si vede scritto nell'appendice nuovamente aggiunta all'indice) che si condannavano, *folium, et theses in illo expositas*; ma si è detto semplicemente: *Plagula undecim thesium, cui titulus: Probabilismus disputationi, etc.* Sicchè al presente ha dichiarato la S. C. esser solamente condannata la detta *Plagula*, cioè la carta, o sia foglio delle undici tesi, e per conseguenza quelle sole tesi, che meritano censura, ma non tutte le tesi. Ed in fatti, avendone io scritto ultimamente per chiarirmi del tutto a due consultori (145) del S. Ufficio di Roma, cioè al reverendissimo P. M. Fra Tommaso Agostino Ricchini M. del Sagro Palazzo, ed al reverendissimo P. Fra Pio Tommaso Schiara segretario della S. C. dell'Indice, Soggetti di quella dottrina, ed intelligenza, che il mondo sa, mi han cortesemente risposto, e tolto di dubbio, e ne conservo le lettere. Il P. Maestro Ricchini mi risponde così:

(11. « Per ubbidire a' venerati comandi di « V. S. Illustriss. brevemente rispondo al « dubbio proposto, che la condanna, e proibizione fatta dal S. Ufficio cade sopra il « foglio intero delle proposizioni, non sovra « cadauna di esse in singolare, in quella « guisa che, quando vien proibito un libro « contenente proposizioni qualificabili di « proibizione, la proibizione cade bensì in « tutto il libro, ma non sovra tutte le propo-

« sizioni in esso contenute. E perciò si è « posta così la proibizione nell'ultima ap- « pendice dell'Indice, che le rimetto qui ac- « chiusa com'ella potrà osservare alla lettera « P, verbo *Plagula*. Da ciò ne siegue, che la « prima proposizione non è altrimenti con- « dannata; nè potea riprovarsi senza adot- « tare il Tuziorismo, e condannare il comune « de' theologo, che la sostengono. Ciò credo, « che basterà a V. S. Illustrissima per ac- « quietare la sua, ed altrui coscienza; e potrà « fare di questa mia notizia quell'uso, che « stimerà più convenevole. Desidero altri « motivi di mostrare la mia venerazione, etc. « Qui il Reverendiss. P. maestro fa sola- « mente menzione della prima proposizione, « perchè di quella fu da me specialmente « interrogato, cioè se mai dalla S. C. era « stata condannata anche la prima proposi- « zione, che ametteva l'uso dell'opinione « più probabile; ancorchè fosse stata probabile l'opinione, che stava per la legge. « La lettera del Reverendiss. P. Schiara « è più lunga, e più espressiva. Egli mi « scrive così:

(12. « Per meglio ubbidire ai comandi di « V. S. Illustriss. e più pienamente render la « informata intorno alla dimanda fattami, le « mando copia del foglio contenente le tesi « pubblicato in Trento appresso alla sua con- « danna dal fu Mons. de Albertis vescovo di « quella città, et dipoi proibito dal Papa « nella congregazione del S. Ufficio a 26 di « Febbrajo 1781. Monsignor de Albertis, « come vedrà dal suo decreto proibì gli ar- « ticoli *acervatim sumptos*: ed il Papa pro- « ibì il foglio, *tanquam continens propo-* « *sitiones, quarum aliqua sunt respectiva-* « *falsa, temeraria, etc.* Perciò nell'indice « de' libri proibiti non si è posto, se non il « titolo del foglio. Veda l'ultima appendice « stampata in Gennajo dell'anno scorso 1763 « alla parola *Plagula*, dove sta inserito il « foglio ne suoi precisi termini così. Pro- « babilismus disputationi vener. clero Avi- « siensi exercitii gratia exhibitus contra « probabiliorismum stricte talem, utpote « negocium perambulans in tenebris pro « die 10 Junii 1760 in ædibus canonicali- « bus Avisii. Dal solo titolo del foglio con- « dannato ognuno facilmente conosce non « essersi fatta condanna contro il probabi- « lismo, e per conseguenza non essere stata « condannata la proposizione: *Licet sequi* « *probabilioris pro libertate, relicta mi-* « *nus probabilis pro lege*, la quale è sentenza « comune de' probabilioristi moderati. Ben è « vero, che sebbene la condanna non favo- « risca il probabilismo, non però può dirsi « da essa proibito il probabilismo, nè dell' « æque probabile, nè tampoco della meno « probabile favorevole alla libertà. E questo « què sentimento comune, e certo. Nè credo, « che qu' i probaliti lascino perciò di se- « guitare il loro sistema. Questo et quanto « posso, e debbo dire in risposta, etc. »

(145) Qui est a secretis sacrae congregationis Indicis, consultor congregationis Sancti Officii non est.